



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio IX. De nono titulo iuste possessionis, Ex contractibus omnium gentium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## A C T A

mutauerit, quia legis Cornelij poena damnari præcipitur.

Hæc poena habetur in le. Qui testamentū fū Ad le. Cor. de fal. Et ob id fiunt infames, quippe quod præcipiantur publicis iudicij puniri, & quia supra de testamentis satis est dictū, hic breuitati studens pertranseo.

## C O N C L V S I O IX.

De nono titulo iuste possessionis, Ex  
contractibus omnium gentium.

Famosus est q monasterior̄ bonalicijs cōtractib⁹ hæreditatio iure, aut certe quoq̄ alio iuris titulo acquisita, ui auffert, d̄spredat. Nā huius capitalis animaduersio dānat & infamat.

Quamvis multi sint contractus, & iuste possessionis tituli, a iure omniū gentiū introducti, ut sunt seruitutes, usus, usus capio, habitatio, præscriptio, & a iure ciuili, ut sunt emptio, uenditio, locatio, conductio, societas & his similes sufficien ter declarati. Insti. de re di. & ff de acfre. do. Nihilominus bre uitatis caufa in Baden i meis cōclusionib⁹ p̄incipales adduxi q toti forēt orbi cogniti, q̄s nullo honore uiolare q̄s posset.

In hæc conclusione ex nomine contractus omnes intellige scilicet licitos, & iuribus admissos, quibus nemo uim inferre audeat quā furtis, rapina, aut certe alia infamia. Prætor em̄ ait, quod ui aut clam factū est, qua de re agit, id quum experi undi potestas est restituas. Hoc interdictum restitutorū est. Et per hōc occursum est calliditati eorū qui ui aut clam quedā moliunt. Lubent em̄ restituere ea, & parui refert u. ius faci endi habuit, siue enim ius habuit siue non, tamen tenetur hoc interdicto, propter quod ui aut clam fecit. Tueri enim ius su um debuit, non iniuriā committere ff quod ui aut clam Prætor ait. Vbi enim per uim aliquid fit, ibi dolus præsumitur ff de ui bo. rap. le. Prætor pañ. Doli mali.

Itaq̄ ex hoc interdicto intellexisti, ubi ius præcedissent h̄i apostolici prædones, non fuisset illis hac factū uia quiddā ten tandū ui dolo & furto, sed iure. Sed quid plura dicā, si mens uobis

## M V R N E R I.

uobis fuisset a probitatis & honestatis semitis non aberrare,  
non in hunc euangelicum ordinem ueroissetis, in quo calices  
furari summus est honos.

Quibus nouem præmissis conclusionibus sufficiēter pro-  
batus credo, qmnes eos qui hanc faci temeritatem uirtute  
uerborum dei fecisse se gaudent, aut quibusuis per eos alle-  
gatis iuribus, furta eiusmodi & rapinas colorando defen-  
dendo fures sunt & raptore patibulis gladio & alijs publicis  
iuditijs subiecti.

Sequuntur conclusiones octo deficitis & excogita-  
tis causis, & famosis infamibusq; titulis euange-  
licor; f; & raptor; cum quib; maxima eor; malefacta sicut colorant & defendant.

## C O N C L V S I O X.

Famosus est qui reformationis titulo sua sententia sola insti-  
tutum cultum diuinum destituit auffert & delet, & quod om-  
nes tangebat sua temeritate deformat & approbat, plus uale-  
renon animaduertens, quod re ipsa facit, quam is quod ab  
eo simulata mente concipitur.

Alij euangelici quum ab eis sciscitatur, quare diuinū cultū  
destituitis, aiunt se eundē in melius reformare & non delere,  
qui nū tam estā mente alienus, qui crederet diuinū cultū ha-  
ctenus obseruatū, a concilijs & tota Christianitate à xij. apo-  
stolis, ~~la~~ts pontificib; dei martirib; institutū & auctū, pei-  
orem esse hijs cantiunculis & cantilenis iam ab euangelicis si-  
mīs in ecclesia decantatis. Etiam si uerba bona sint, est tamen  
melodia aliquando de Theodorico Veronen. aut Hiltepran-  
do ueteri, aut cantilenæ fabarū, neq; sunt humanæ excogita-  
tiones quicquid effecerint ipsi, at ea quæ fecere sancti dei, hu-  
manæ sunt inuentiones.

De nostro toti Christianitatis diuino cultu ita iura dicūt,  
sed nouo iure pro tali iniuria uerberat aut in exiliū mittitur.

Tt